

ulrat. praelat. in 6. ibi. *Redeandi ad alia. postquam unam elegerit, sibi licentia penitus interdicta, &c.* ut quis duas, de elect. in 6. in fine. Secundo, quia cum factio proprio privilegium clericale amiserit, ad illud solo proprio facto se habile reddere nequit. h. 2. §. fuit qua sit. ff. ad senatus. conf. Trebell. ibi. *Quia in rem suam auctor esse non potest, & cap. per nostras, de iure patron. Sic tenere communiter Doctores Padua: ut referunt Ioan. Andr. c. Ioannes. q. 4. num. 19. & ibi Anchar. n. 10. q. 4. de cleric. coniug. & ipsi manent dabi, dicuntq; esse necessariam Pontificis declarationem. Eandem sententiam tenent Afflicis lib. 1. constitutionu, rubrica. 3. n. 22. Auendaño de exequen. mádar. regum lib. 1. c. 22. n. 15.*

28 *Secunda sententia distinguit sic, si clericus ille sit monitus, & sententia lata priuatur privilegij, ita ea amittit, ut nunquam recuperare possit: & similiter si monitus sit cum comminatione amittendi privilegia: scilicet si monitus non sit: aut monitus absq; prædicta comminatione, nec sententia priuatur præcisiua, ita Ant. d. c. Ioannes. n. 15.*

29 *Tertia sententia (cui adhaereo,) ait recipere priuilegia ab huiusmodi clerico resumente vestes clericales, & habitum. Quod non omnino huiusmodi clericum deponere tem vestes iura clericali privilegio denudat: sicut bigamus. sed solo privilegioru exercitio. Quod aperte indicant ea verba c. vnici, de cleric. coniug. in 6. in fine, ibi. *Eos gaudere non vult privilegio clericali.* Quae verba solum exercitium respiciunt, ergo recuperant seruando conditiones requisitas ad gaudendum. Et confirmatur, quia quando ob aliquam causam priuatur aliquis privilegio clericali, intelligitur quoad possessionem, non quoad proprietatem, vt tradit Alexander de Neuo. conf. 62. l. n. 6. Secundo probatur ex c. clericus, el. 2. de vita, & honest. cler. vbi de clerico, qui dimissa totura vxore duxit, dicitur vt iteru tondatur. Quem textu dicit ibi Abbas. n. 4. fortiter probare ex totuq; dimissione non perdit privilegij absq; spe recuperandi. Quorsum enim tonderi deberet, nisi vt iteru privilegio gauderet? Tertio, quia humanitas iustæ poenitentiae auferri non debet. c. si quis libellos. 2. q. 6. Quarto, quia non est absurdum ad id quæpi proprio facto restitui, quod proprio facto amiserat. c. quia sape, de elect. in 6. omnis enim res per quacunq; causas nascitur, per easde dissoluitur. c. n. de regulis iuris. Quinto, facit doctrina Innocen. c.*

final. de vita, & honest. cler. in fine. & ibi Hof. n. 9. Anchar. nu. 5. dicentiu clericos negotiatores amittere privilegij clericale ad tam redire, dimissa negotiatione. Sexto, probatur ex clem. 1. de vita, & honest. cler. vbi de clericis qui ter moniti non desistunt à carnificis officio, sic dicitur. *Qui si taliter moniti ab his non desisterint, aut ipsa exercitio resumpserint quandoq; coniugati omnino, non coniugati vero in rebus. & si omnino incedat vt laici in personis privilegij clericale quædam promissis insisterint, eorump; amittat.* Vbi licet varia sit interpretatio Au thoru, an verbu, omnino, denotet priuatiõnis perpetuitate, an solam priuatiõnem omnium privilegioru, quibus gaudet clericus coniugatus: at reuera non denotat perpetuitate, sed particula, quamdiu, refertur ad omnia. Nam est vnica oratio, & clausula omnia contenta in eadẽ oratione determinat. In repetendis. ff. de legat. 3. Non ergo per contrarium in actu amittitur in perpetu privilegij, sed diu ab illo non desistit. Tadem, quia privilegij hoc in nullius damnauit vergit: cum in sola immunitate persona, & fori quoad causas criminales consistat. Et idẽd hæc sententia fuit decisa Bononiæ: vt testatur Ioan. Andr. c. Ioannes. q. 4. nu. 19. de cleric. coniug. & quantis ibi ipse dubius maneat, at tenet hæc sententia idemmet. vnic. n. 2. & in fine, de cleric. coniug. in 6. & ibi Archid. n. 1. vers. retinent. & ibi Ioannes Monach. nu. 2. Probis in addit. ad ipsos. n. 4. & ibi Anchar. nu. 6. q. 3. Dominicus. el. 2. nu. 4. & c. fin. n. 11. de vita, & honest. cler. Florianus, quẽ refert, & sequitur Im mola. d. c. Ioannes. nu. 17. Francus. d. c. vnico. §. & cum. n. 6. Alex. conf. 1. 49. n. 7. vol. 6. & confil. 8. nu. 4. volum. 1. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 1. in principio, col. 1. vers. de percutiente clericum coniugatum. Angelus excommunicatio. §. n. 23. Sylu. excommunicatio. 6. §. 4. vers. si autẽ talis. Tabiena excommunicatio. §. casu. 1. n. 27. Additio ad decisionem Tholosanam. 104. nu. 2. Couar. quæst. pract. c. 31. nu. 8. vers. 5. in fine. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. fin. q. 36. n. 15. Anton. Cucus lib. 3. institutio num maiorum, tit. 9. n. 67. Barbosa. l. Titio 35. n. 33. ff. soluto matti.

Hinc deducitur, clericu coniugatu, qui vnica vxorem, & eam virginem accepert, conseq; ea mortua omnia privilegia, quæ clericis non coniugati prima confure iure habent, si redeat ad propria clericoru

ministreria. Quia ea extincta non erant, sed suspensa, vt num. præcedenti probaui. Et ita docent Abbas. c. clericus, el. 2. num. 4. de vita, & honest. cler. Ioan. Andr. & Archid. num. præcedenti allegati. Dominicus cap. vnici. §. final. num. 5. & Francus eodem §. nu. 4. de cleric. coniug. in 6. Additio de cisionem Tholosanam, Couar. Iulius Cla

rus. n. 18. Anton. Cucus. Barbosa, nu. præcedenti relati. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. vltim. q. fin.

Ad argumenta. nu. 27. proposita, dic illa procedere, vbi privilegia omnino extincta essent. At in hoc euentu sunt solū suspensa. dum non refumuntur habitus, & totura, vt probaui, nu. 29.

DISP. QVADRAGESIMASEPTIMA.

An vxor clerici coniugati gaudens priuilegio canonis, & fori, gaudeat eisdem priuilegij?

SVMMARIVM.

Non gaudet priuilegio canonis, quo fratur vir, nu. 1.

An vxor clerici in minoribus constituti fratur priuilegio fori, vt maritus? Refertur quædam sententia, nu. 2.

Proponitur auctoritas sententia, nu. 3.

Est gauderet priuilegio fori, id est duxat viru viro. Et explicatur quando privilegij competens alicui tãquam principali, & inde ad alios derivatum, extinguatur extincto principali, nu. 4.

An vxor clerici in sacris constituti, qui ad ordines de eius licentia promotus est, gaudeat omnibus priuilegijs clericibus viri? Refertur duplex sententia, nu. 5. & 6.

Proponitur Auctoritas sententia, nu. 7.

Satisfit argumentis, nu. 8.

fu, quidã existimant ipsam gaudere priuilegio fori. Ducuntur, quod familia gaudeat priuilegio domini. c. final. de officio Archidiaconi, ibi. *Hominum, ac familiae suscausis lita: ac exceptis.* Vxor autẽ censetur de viri familia, l. fin. ff. ad municip. l. mulieres C. de dignitat. lib. 12. Secundo, quia generaliter traditur vxore fortiri debere forum ex persona viri. c. quæda puella. ff. de iurisd. omniud. Tertio, quã. l. 2. C. de episc. & cleric. priuilegij immunitatis quoad publicas exactiones ipsi cõcessum clericis, extenditur ad eoru vxores. Tandẽ, quia in dispositione quauis stricta, cõcessa viro eẽ sentur quoq; vxori concedi: iuxta do Striman glo. ff. in c. ad monere, verb. partẽ. 33. q. 2. vbi ait excipientẽ sibi alimenta, excipere quoq; vxori, eod quod sine vna caro. Et idẽd huius sententiæ (quæ verẽ est probabilis) sunt glossæ. c. clericum, el. 1. verb. clericum. l. 1. q. 1. & cap. eos qui, verb. eos d. 3. speculator, tit. de clericis coniugatis §. vnico. nu. 5. vers. & nota. Ioannes Monachus. c. vnico. nu. 1. de cleric. coniug. in 6. & ibi Dominicus. §. finali. nu. 7. fin. Abbas cap. 2. nu. 7. de foro compet. & ibi Im mola. n. 3. Felu. n. 3. Aretinus. n. 10. Vellugain speculo Principum, tit. de propositione grauinum. §. videndum, col. 2. Tiraq. post leges connubiales. glof. 2. n. 54. Angelus, verb. excommunicatio. 7. casu. 5. num. 8. Syl. verb. excommunicatio. 9. casu. 5. n. 2. 1. si ne. Tabiena excommunicatio. §. casu. 18. q. 7. n. 8. Auil. in cap. prætoru, protemio, glof. 1. n. 28. Anton. Cucus lib. 3. institutio num maiorum, tit. 9. n. 20. Perez lib. 1. ord. tit. 3. l. 1. fol. 57. §. vxor etiam clericis.

At verius est minimẽ gaudere. Ducor, qd hoc priuilegium fori, sicut & canonis, sit

Constat apud omnes vxore minimẽ gaudere priuilegio canonis: Siquis suadente. 17. q. 4. ac proinde manus violentas in ipsam iniicientẽ non incurere in excommunicationẽ. Quod hoc privilegij sit persona ipsius clericus concessum in ordinis clericali reuerentiã. Atq; ita tanquã certu fatetur Im mola. c. 2. nu. 3. de foro comp. & ibi Alexan. de Neuo. n. 21. Felinus dicens esse omnium. n. 3. Tiraquel. post leges connubiales. glof. 2. n. 61. Auiles cap. prætoru, in proemio, gl. 1. n. 28. Perez lib. 1. ord. tit. 5. l. 1. fol. 58. §. contrarium tamen.

De priuilegio autẽ fori eẽ difficultas. Et potest in duplici casu quæstio hæc disputari. Prior est, de vxore clerici in minori bus constituti gaudens priuilegio fori. Posterior, de vxore clericis, qui ipsa cõsentiente transijt ad ordines sacros. Et in priori ca-

personale, ut potest quod conceditur ratione dignitatis ordinis, sicut & religionis ratione religionis: cum ergo ordo sit in solo viro, & omnino diuisus à coniunctione cõiugali, nec vxor capax sit participationis alicuius ordinis, non sequetur id viri priuilegium ratione solius ordinis concessum. Secundo, quia teste Innoc. c. 1. n. 1. de maior. & obed. priuilegium fori concessum est clericis: quod omnino animam & corpus in Dei obsequium transfulerint. Quod in vxore non reperitur. Tandem, quia contraria fundamenta non probant. Ut ex dicendis. n. 8. constabit, vbi eis satisfierit. Et ideo hanc sententiam teneant Ioan. Andr. addit. ad Speculatorem, tit. de cleric. coniug. §. vnico, super. n. 5. verb. vxores, & c. vnico. n. 3. in princip. de cleric. coniug. in 6. & ibi Ioannes de Lignano, Fris. ibi. §. finali, in fine. Anton. c. 2. n. 6. de foro compet. & ibi Alexander de Neuo. n. 21.

Id tamen farendum est, quãuis teneamus priorẽ sententiã, nimirum, vxorem solũ gaudere eo fori priuilegio, dũ vir eius superstes est. Quod fateatur Glossa loquens de filijs. l. 2. verb. filijs. c. de Episc. & cleric. & ibi Bald. loquens de vxore. n. 5. Alexad. de Neuo. c. 2. n. 22. de foro comp. Et probat Bald. tradens hanc regulã: quotiescũq; ratio, ob quã cõceditur pluribus priuilegiũ, non inest cuiuslibet ipsorum, sed vni soli, tãquã principali, & inde ad alios deriuatur, morte principalis extinguitur priuilegiũ. Cũ ergo ratio huius priuilegij fori cõpetentis clerico, nempe, ordo, in ipso solo

reperitur, morte ipsius clerici cessabit id priuilegium in vxore. Quare audiendus non est Perez n. 2. allegatus, dicens eo priuilegio gaudere vxorem etiam dum diuinalis vita durat. Quod in priori matrimonio censetur esse. Quod quidem verum est quoad alios effectus, non tamen quoad hunc: vt probat ratio adducta.

In posteriori autem casu, quando vir de licentia vxoris ad sacros ordines transit, quidam dicunt vxorem gaudere omnibus priuilegijs clericalibus, sicut & virũ. Quia videtur iam vxor effecta persona Ecclesiastica. Sic Abbas. c. 2. n. 9. de foro competent. Et ibi Sebastianus de Sapia eius additionator, verb. priuilegio fori, Francus num. 3. relatus.

Alij id admittunt apud Græcos, secus apud Latinos. Quod apud illos licita sit cohabitatio viri sacris initiati cum vxore: his autem minimẽ. Ita docent Immola, Felinus, Aretinus allegati. n. 2.

Sic dicendum est, eam nullo priuilegio gaudere. Vt probat rationes. n. 3. adductæ. Nec efficitur persona Ecclesiastica, licet vto simplici castitatis ligetur in seculo: vt cõstat in alijs fœminis ita vouetib'. Et ita tenet Alex. de Neuo. c. 2. n. 22. de foro cõp.

Ad omnia argumẽta. n. 2. proposita, præter tertium, respondeo ea procedere in alijs, in quibus datur cõmunicatio inter virum, & vxorẽ: secus vbi priuilegiũ conceditur ratione dignitatis ordinis, cuius vxor est incapax. Ad tertium dic esse speciale in eo casu. Quod in eo ita dispoferit legislator.

DISP. QVADRAGESIMA OCTAVA.

An constituti in ordine sacro, religiosi, consanguinei, affines, & quocunque alio impedimento laborantes, incurrant excommunicationem, ineundo matrimonium?

SVMMARIVM.

Explicatur quot persona ineuntes matrimonium ligentur excommunicatione lata in clem. vnica, de consang. nec ea est reſeruatã. num. 1.

Moniales nubentes, & qui ipsas ducunt, incurrant: secus de fœmina nubenti professo, aut in sacris constituto. Et quid, si consanguineo, aut affini nubat? n. 2.

An incurrant mandantes, consulentes, opem præstantes, & quid exigatur, vt incurrant

excommunicationem latã. c. nuper, & c. si concubina, de sent. excom. in participantem in crimine criminoso? n. 3.

An incurrat Sacerdos assistens nuptijs interdictis, eas celebrando? n. 4.

Triplex exigitur conditio, vt incurrat hæc communicatio. n. 5.

Non exigitur matrimonium esse consummatũ. num. 6.

Nec satis sunt sponsalia, copula affectu coniugali subsequuta. n. 7.

Nec satis est matrimonium clem. absq; paroco, & testibus initum. n. 8.

Quid, si ita impediatur, si dicitur in matrimonium? num. 9.

Quid, si ipse confenserit, altero interius, aut aut exterius dissentiente: aut interuũ consensum nec verbis, nec signis exprimentes? n. 10.

Quid, si impubes cõtrahat, aut pubes cum impubere? n. 11.

Quid, si matrimonium metu celebratur? n. 12.

Quid, si consensus præstetur sub conditione? & c. missus. n. 13.

An incurrat ob matrimonium inuitũ cum alijs impedimentis: aut cum affinitate imperfecta orta ex matrimonio ratõ. n. 14.

Quid, si contrahatur in gradu consanguinitatis diuina lege interdictõ. n. 15.

Quid, si intercedat iusta dispensatio? n. 16.

Quid, si religiosus Societatis lesu post simplicia vniũ vota matrimonium inerat? n. 17.

Quid, si contrahens falso existimet subesse ea impedimentã? n. 18.

Quæ ignorantia excuset contrahentem cũ consanguineo, vel affini, professo, vel in sacris initiato: & quid, si alter sciat, ignorante altero? n. 19.

Quid, si ignorans contrahat, at postea cõscius persenserit? n. 20.

Quid, si ipsi cõstituti in sacris, aut prof. si ignorant? n. 21.

Væli hæc eõ pertinet, vt explicetur clem. vnica, de consanguin. vbi in quosdam ineuntes matrimonium fertur excommunicatio, his verbis. *Eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interditiis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non vorentur: nec non religiosos, & moniales, & clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonialiter contrahentes, resrenare metu pœna ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes: ipsos excommunicationis sententiã ipso factõ decernimus subiacere.* Ex quo textu constat tria personarum genera excommunicari. Primõ excommunicantur ineuntes matrimonium incestuosum in gradu consanguinitatis, vel affinitatis cõstitutione canonica interdicitõ: vel sacrilegium cum moniali. Secundo religiosi, aut moniales contrahentes matrimonium sacrilegium. Tertio clerici in sacris ordinibus constituti matrimonium factilegẽ contrahentes. Nec ea excommunicatio alicui reseruatur.

Quare moniales professæ incurrũt hæc excommunicationem, cuiuscũq; nubant: &

similiter illas accipientes in vxores. Quod non ita euenit in fœmina nubente professo, aut in sacris constituto: soli enim hi incurrant eam. Quia clem. vnica, de consanguin. diuersimodẽ loquitur in his casibus: moniales enim, & eũ eõs contrahentes excommunicat: loquens autem de matrimonio inuito à professo, vel sacris initiato, solos hos excommunicat, nulla de mulierib' ab eis ductis factã mentione. Atque ita animaduertunt Cardin. ea clem. vnica. n. 1. opposit. 4. in priori solutione. Anchar. ibi q. finali. Bonifacius. n. 8. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34. Caiet. summa, verb. excommunicatio. c. 47. Nauar. summa Hispana. c. 22. n. 52. Petrus de Ledesma de matrimo. q. 55. ar. 9. dubio. 1. paulõ ante solutionẽ ad argumenta. Ex alio capite posset dubitari, an illam incurrat fœmina hæc professo, aut clerico nubens: nempe, quod participet in crimine criminoso, ob quod alter in excommunicationem incidit. Sed nec ex hac parte incurrere docent benẽ Cardin. & Anchar. proximẽ allegati. Et constabit ex dicendis. n. sequenti. Fœmina verõ nubens consanguineo, aut affini: & hi eam ducentes, ligantur excommunicatione. d. clem. vnica. Quia indifferenter excommunicat contrahentes in gradu consanguinitatis, aut affinitatis prohibito. Et ita fateatur omnes.

De consulãtibus autem huiusmodi matrimonium iniri, & id mandantibus, atque opem ad id ferentibus, aiunt aliqui eos excommunicatione ligari. Quod pari pœna digni sint, ut potest qui eiuẽdẽ criminis participes sunt. Ita docent Rosella excommunicatio. 1. casu. 43. sine. Sylu. excommunicatio. 9. casu. 41. dubio 8. n. 79. Sed meritõ ab eis recedunt dicentes neminẽ horum incurrere, Caiet. summa, verb. excommunicatio. c. 47. & ibi Armita casu. 45. n. vnico. Tabiena verb. excommunicatio. c. casu. 49. n. vltimo. Nauar. summa. c. 27. Hispanẽ. n. 142. Latine. n. 141. Petrus de Ledesma de matrimo. q. 55. ar. 9. dubio. 1. post dubium, quod mouet circa solutionem ad 9. argumentum principale. Et ratio est, quia d. clem. vnica solos ineuntes matrimonium excommunicat. At comunior, & verissima sententiã habet, tunc non comprehendi mandantes, consilium, auxilium, vel fauorem præstantes. Vnde optime ait Petrus de Ledesma ibidem, non incurrere hanc excommunicationem procuratorem, per quem iniritur matrimonium: nec parentes,

qui nomine filiorum consensum in matrimonio explicat. Quia hi non sunt verè contrahentes matrimonium, sed verorum contrahentium instrumeta. Dies hos omnes saltem ligari excommunicatione lata c. nuper, verè in secunda verò quaestione: & c. si concubina, de sentent. excommunic. vbi excommunicantur omnes participantes, consilium, auxilium, vel fauorem prestando in crimine, ob quod contrahit alter excommunicationem. Quod hinc contingit, nam participant in eo matrimonio, ob quod illud iniens subditur excommunicationi late. Verum nec hanc incurrun. Quia multò verior sententia habet, desiderari, vt is, cum quo in crimine participatur, iam incurritur excommunicationem: & sit nominatim excommunicatus. Vt expressè petitur. d. c. si concubine, quod huius conditionis non meminit. Immo cum ibi petitur scienter participare cum excommunicato, & scientia excommunicationis post Concilium Constantiense sit eius denunciatio, iure optimo defendunt Nauar. summa Latina, & Hispana. c. 27. n. 12. & Hispana. c. 28. addit. ad. n. 32. c. 27. Enriquez lib. 13. de excomm. c. 9. n. 1. & 2. Emmanuel Sa summa, verb. excommunicatio, in principio. nu. 24. desiderari, vt excommunicatus, cum quo in crimine participatur, sit prius denunciatus. Et bene dicit Enriquez eo. n. 2. non fat esse, si notorius clerici percussor sit. Quia quauis id sufficiat vt vitandus sit: non tamen verè est nominatim excommunicatus, donec proprio nomine talis denunciatur. Quæ conditio petitur d. c. nuper, vt participans cum illo in crimine incurrat excommunicationem ibi latam. Cum igitur hi participantes in eo matrimonio participant antequam iniens contraxerit excommunicationem: (ea enim per ipsum contractum est incurrenda) & esto incurrisset, non est denunciatus, non ligabuntur excommunicatione lata in participantibus in crimine criminoso.

De parcho etiam, qui auctoritatem ei matrimonio prestat sua presentia, cõuogendo inuentus illud, nimirum, dicendo consueta verba, Vis hunc in maritum, Vis hanc in vxorem, dicunt Caietan. Armilla, Nauar. n. 141. Petrus de Ledesma. n. præcedenti allegati. Emmanuel Sa summa, verb. excommunicatio, vbi de excommunic. nulli referuatis. n. 10. in d. clem. vnica excommunicari huiusmodi parochum. Fundamē-

tum eorum me latet: nisi id sit, quod Caietan. ibi referens textum huius clemētinae, referat quoque hæc verba, *Et inter eos scienter eadem celebrantes matrimonium.* Quæ verba non reperi in eo textu, quauis diuersos codices illius euoluierim, Et Rosella, ac Sylu. nu. præcedenti allegati cū incurere negant ex sola auctoritate præstita, nisi auxilium, aut consilium ei matrimonio ineundo præstititerit. (cēsent enim, vt ibi retuli, omnes auxiliantes innodari ea excommunicatione.) Et Tabiena vbi nu. præcedenti allegati, etiam in hoc casu sentit eum non incurere. Quod verissimum esse credo. Quia in ea clemētina soli ineutes matrimonium excommunicantur. Et si velis dicere (prout sentit Maiolus lib. 3. de irregul. c. 25. n. 15. vbi agit de voto solenni) hunc incurere excommunicationem c. nuper, de sent. excom. quod participet in crimine criminoso: satis oppositum constat ex dictis. n. præcedenti.

Triplex ergo conditio petitur. d. clem. vnica, vt illius excommunicatio incuratur. Prima est, vt contrahatur matrimonium. Secunda, cum impedimento consanguinitatis, vel affinitatis in gradibus lege canonica interdictis, vel religionis, aut ordinis sacri: Tertia, vt scienter id matrimonium ineatur.

Ex prima conditione inferitur primò, incurri eam censuram, licet matrimonium non sit consummatum. Quia d. clemētina vnica non punit copulam incestuosam, sed solum matrimonij contractum, cuius essentia perfecta est ante consummationem per copulam. Et ideo ita sentiunt Glossa d. clem. vnica, verb. cõtrahere, & ibi Immola. n. 9. Angelus verb. excommunicatio, 7 casu. 41. n. 4. Sylu. verb. excommunicatio, 9 casu. 41. n. 76. dubio. 1. Tabiena verb. excommunicatio, 5 casu. 49. q. 1. n. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio. 1. paulò ante solutionem ad argumenta.

Secundò deducitur, non esse locum illi excommunicationi per solum sponsalium de futuro contractum. Quia licet interdictio matrimonio censentur quoque sponsalia interdicta: at pœna imposta contrahentibus matrimonium, (qualis est hæc,) non extenditur ad sola sponsalia contrahentes. (vt probauit lib. 1. disp. 13. nu. 1. & 2.) Et ita docent Glossa. d. clem. vnica, verb. contrahere. Et ibi Cardin. referens Stephanum, & Paulum, n. 15. q. 19. Anchar.

n. 7. Bonifacius nu. 56. Immola. nu. 10. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34. Caietan. summa verb. excommunicatio. c. 47. & ibi Armilla casu. 45. Angelus excommunicatio. 7 casu. 41. n. 2. Sylu. excommunicatio. 9 casu. 41. n. 78. dubio. 6. Tabiena excommunicatio. 5 casu. 49. q. 1. nu. 2. Nauar. summa c. 27. Hispanè. n. 142. Latine. n. 141. Graff. 5. p. decisio. lib. 4. c. 24. n. 14. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio primo, paulò ante solutionem ad argumenta. Et quauis ferè omnes hi Doctores hoc temperent, nisi post sponsalia sequatur copula affectu coniugali: at id erat verum attentò iure antiquo. c. is, qui fides, de sponsal. quando sponsalia per eam copulam transibant in matrimonium. At cū hodie iam non transeat attentò Tridentinò sess. 24. de matrim. c. 1. non incurritur hæc excommunicatio per sponsalia quantum sequatur copula affectu coniugali. Quia semper manent intra solos sponsalium limites. Sic Nauar. summa Latina c. 27. n. 141. Graff. eo. c. 24. n. 15. Petrus de Ledesma eo. artic. 9. dubio. 1. in dubio quod mouet circa solutionem ad 7. argumentum.

Tertiò deducitur, nec satis esse ad hanc excommunicationem incurendam inire matrimonium clandestinum, nimirum, absq; parcho, duplicique teste. Quòd is contractus non habeat hodie formam veri matrimonij: nec contrahentes faciant quicquid in se est, vt illud ineat. Quod colligitur ex dictis. n. præcedenti, ideo enim non sufficit hodie sponsalia cum copula coniugali, quia iam defectu presentie parochi, & testium, non consistunt legitimum consensum ad matrimonium. Quæ ratio prorsus militat in matrimonio clandestino. Et ita sentit Petrus de Ledesma de matrim. q. 67. art. 9. dubio. 1. in dubio, quod mouet circa solutionem ad 4. Et clarè sentit Enriquez lib. 12. de matrim. c. 5. n. 9. ait enim initiatum in sacris contrahentem matrimonium coram parcho, & testibus, esse excommunicatum.

Quartò deducitur, nec esse locum huic excommunicationi, quando quis sit cõsensit. Quia d. clem. vnica punit affectu, ac contrahendi voluntatem cum illis impedimentis, quauis ea praua voluntas effectum suum sortiri nequeat iure dirimenti matrimonij. Huius sententia apertè sunt Glossa. d. clem. vnica, verb. matrimonialiter, & ibi Immola. n. 8. D. Anton. 3. p. titi

24. c. 34. Sylu. excommunicatio. 9 casu. 41. nu. 78. dubio. 5. Tabiena verb. excommunicatio. 5 casu. 49. q. 3. n. 4. aiunt enim contrahentem metu viri constantis matrimonij hoc interdicitum, non ligari hac censura, eò quod deficiat liber consensus: ac proinde consensum petunt, vt sit locus huic excommunicationi. Et in proprijs terminis docet Adrianus. q. 3. de matrim. dubio. 10. ad finem. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 2. numer. 8. & §. 7. numer. 2. ad finem. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio. 1. in dubio, quod mouet circa solutionem ad 2. conclusionem 2. Et bene addit oppositum esse, probabile, nimirum, incurri in hoc casu excommunicationem. Partem enim hanc tuebuntur, qui censent, existente impedimento dirimenti non posse dari consensum in matrimonium, ac proinde illud non posse valere, quauis contrahentes falso existimassent subesse impedimentum. Quos Doctores retuli lib. 2. disp. 33. n. 1. Consequenter enim dicent non exigi consensum ad matrimonium inter consanguineos, vel vto solemnè, aut ordine impediendi, vt incurrat hæc excommunicatio. Et eisdem defendent asserentes subdi. excommunicationem negantem ore tenus fidem.

Maior autem difficultas est, an contrahens cum consensu legitimo matrimonij hoc interdicitum incurrat hanc excommunicationem, si cõslet defecisse cõsensum in altero contrahente? Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. artic. 9. dubio. 1. in dubio quod mouet circa solutionem ad 3. principia le dicit non esse omninò improbabile huic consentientem non incurere: at esse ferè certu e incurere. Quia punitur affectus, & iniqua voluntas ineundi matrimonij interdicitum, quæ in hoc non deficiunt, sed quidquid in se fuit, præstitit, vt iniret matrimonium. Et in solutione ad 3. fatetur incurere etiam hunc consentientem, quauis alter contrahens non respondeat, nec suu consensum explicet. Quauis autem hæc sint valde probabiliter dicta: at mihi persuadere non incurere, si alter non consentiat etiam interius. Ducor, quòd contrahens cum consanguinea impubere, vel furiosa, furoris tempore non incurrit, quauis effecerit quòd in se est, & ex parte suæ voluntatis non sit defectus consensus. (vt dicemus num. sequenti.) Item quia d. clem. vnica punit matrimonium initum contra illam prohibitionem: at non dicitur

matrimonii, donec accedat verusque contrahentis consensus: sed solum est quoddam matrimonij initiu. Quare dicendum est puniri prout voluntatem contrahendi, quando adest consensus ex se sufficiens ut illud sit matrimonium, nisi aliunde obstat impedimentum. Quod non evenit altero dissentiente.

11 Quinto deducitur, impuberem contrahentem matrimonium hoc interdictum non subijci huic excommunicationi. Quia consensus non est efficax ad matrimonium, sed sola sponsalia constituit interpretatione iuris. c. vnico. de despons. impuber. in. 6. Ita docent Cardinalis clem. vnica, de consanguinitate. n. 7. q. 18. & ibi Anchar. n. 8. q. 3. Immo n. 8. Nec incurrit pubes contrahens cum impubere. Quia similiter consensus ille sola sponsalia efficit, iuxta d. c. vnicum. Et ita tenent Angelus excommunicatione. 7. casu. 41. nu. 2. Sylu. excommunicatione. 9. casu. 41. nu. 78. dubio. 7. Tabiena excommunicatione. 5. casu. 49. q. 1. nu. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio. 1. paulo ante solutionem ad argumenta. Et quousque ipsemet ibi, in dubio, quod mouet circa solutionem ad 3. principale, in solutione ad vltimum, hoc temperet, nisi vellet efficere totum, quod in se est ad contrahendum matrimonium. At adhuc in eo euentu verus est non incurrit, iuxta nu. precedenti dicta, quia consensus alterius impuberis est inefficax. Similiter non incurrit contrahens cum furiosa. Vt benedicit Angelus ibidem nu. 3. Et quousque Sylu. limiter, & similiter Petrus de Ledesma paulo ante solutionem ad argumenta, nisi furiosa habeat lucida intervalla: at Angelus nihil aliud intellexit. Manifestum enim est incurri excommunicationem hanc ex matrimonio inito cum furiosa tempore lucidi intervalli. Tunc enim nullus est defectus in vtriusque consensu.

12 Sexto deducitur, nec incurri hanc excommunicationem, si matrimonium illud metu viri constanti inaeur. Tum, quia est consensus inefficax defectu libertatis. Tum etiam, quia Ecclesia non tam graui censura puniat tanto metu copulsum. Sic tradit Glof. d. clem. vnica, verb. matrimonialiter. Cardin. ibi nu. 14. q. 27. Anchar. n. 8. q. 3. Immo nu. 8. Bonifacius. n. 23. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34. Sylu. verb. excommunicatione. 9. casu. 41. nu. 78. dubio. 5. Tabiena verb. excommunicatione. 5. casu. 49. q. 3. nu. 4. Nauar. summa. c. 27. Hispano. n. 142. Latino

n. 141. Emmanuel Sa summa verb. excommunicatione, vbi de excom. nulli referuatis. n. 10. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio. 1. in dubio, quod mouet circa solutionem ad 5. principale. Immo exilimo, nec cum, qui liberè contraxit cum tali metu patiti incurrere. Propter dicta. n. 10. Claudicat enim matrimonium ex parte consensus alterius contrahentis, qui defectu libertatis est inefficax ad illud inueidum.

Septimo deducit, quid dicendum sit, quando consensus esset conditionalis, vt Contraherem, si non es consanguineus: vel si licet cum consanguineis: vel si Pontifex dispensarit: vel cum quacunque conditione impossibili, aut turpi, quae iure rescitur. De quibus omnibus dixi lib. 5. disp. 1. n. 14. & disp. 3. n. 21. & disp. 4. nu. 10. & disp. 5. nu. 18.

14 Octauo ex secunda conditione. n. 5. relata inferitur, non incurri hanc excommunicationem, quod matrimonium inaeur cum infideli, cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicae honestatis, vel quocunque alio dirimenti, & extra tria illa, nimirum consanguinitatis, affinitatis, voti solennitatis emissi in religione, aut ordine sacro. Quia d. clement. vnica solus de his mentionem fecit, & cum sit poenalis, non est extendenda. Ita docent Glof. d. clement. vnica, verb. eos. Et ibi Cardin. n. 2. q. 1. Anchar. statim in principio. Immo n. 4. Bonifacius. n. 10. D. Anton. 3. par. tit. 24. c. 34. Caiet. summa verb. excommunicatione. c. 47. Rosella verb. excommunicatione. 1. casu. 43. nu. 2. Sylu. excommunicatione. 9. casu. 41. nu. 77. dubio. 1. Nauar. summa Latina, & Hispana. c. 27. n. 141. & Latina. c. 22. n. 45. Tabiena verb. excommunicatione. 5. casu. 49. q. 1. n. 2. Graffius. 1. p. decisionum, lib. 4. c. 24. n. 14. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio. 1. paulo ante solutionem ad argumenta. Qui in dubio, quod mouet circa solutionem ad 6. principale, tradit de matrimonio inito cum impedimento publicae honestatis, quod oritur ex matrimonio rato. Vt si quis inaeur cum Maria, & ea ante consummationem matrimonij defuncta, ducat eius fororem. Et ait probabile esse cum incurrere hanc excommunicationem. At probabilis esse cum non incurrit. Quod mihi certum est. Quia impedimentum ex eo matrimonio confurgens non est affinitatis, quae ex sola carnis coniunctione oritur, sed publicae honestatis. Vt suo loco agentes de his impedimentis videbimus,

Nono

15 Nono possit aliquis deducere, non incurri hanc excommunicationem, si quis contrahat matrimonium cum consanguinea in gradu lege diuina, & naturali interdicto. Vt cum matre, vel sorore. Quod d. clem. vnica expressè dicat in gradu lege canonica verito. Sed dicendum est incurri. Tum, quia constitutio poenalis comprehendit casum omnino similem, in quo fortior ratio militat. Tum etiam, quia lex canonica prohibens matrimonium inter consanguineos, vsq. ad quartum gradum, non debet, de consanguinitate, comprehendit etiam primum gradum lege naturali veritum, vt potè quia intra quartum clauditur. Atque ita verè est ille canonice lege interdictus. Sic Glof. d. clem. vnica, verb. Canonica, Cardin. nu. 1. oppositione. 3. & ibi Paulus, D. An. 3. p. tit. 24. c. 34.

16 Decimo inferitur non incurri, quando legitima dispensatione initum est matrimonium inter consanguineos, vel affines. Quod cesset culpa, & temeritas, quam d. clement. vnica puniit. Et ita docet Glof. ibi, verb. eos, nemine contrahente. Quia est euidentis. Vnde cum possit aliquis ex eadem conditione inferre, religiofos Societatis Iesu, qui professionem solemnem non emisere, sed simplicia benigni vota, non ligari hac excommunicatione, in eodem matrimonio. Quia d. clem. vnica excommunicat religiofos. Et ibi Glof. verb. religiofos, ab omnibus recepta, explicat, tacite, vel expressè professos. At dicendum est eos ligari. Vt benedicit Valentia. 4. p. disp. 10. de matrimonio. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento voti. 6. potro qui huiusmodi. Quia d. clementin. vnica veros religiofos excommunicat. At hi sunt veri religiofi, nec sunt in nouitij. Vt constat ex bulla Gregor. XIII. Vnde Glof. & ceteri Doctores explicarunt, quando sunt tacite, vel expressè professi. Quia communiter soli hi sunt religiofi veri. Non tamen excluditur, quin si aliqui sint veri, & propriè religiofi per vota simplicia comprehendantur sub dicta poena.

17 Vndecimo inferitur, non ligari hac excommunicatione, qui putans falsò subesse impedimentum consanguinitatis, affinitatis, aut voti solemnitis, iniret matrimonium. Quare vera non contraxit cum tali impedimento: nec d. clem. vnica puniit prauam voluntatem opere non sublequituro: vt non ligaretur excommunicatione putans falsò Petrū, quem percudit, esse clericum. Sicut

Ano

annosant communiter Doctores. c. si vero, el. 2. de sent. excom. cum Glof. ibi, verb. ligaturerit. Et ita docent Glof. d. clem. vnica, verb. scienter. Et ibi Cardin. n. 3. q. 4. Anchar. n. 6. q. 1. Immo n. 5. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34. Rosella verb. excommunicatione. 1. casu. 43. n. 5. Sylu. verb. excommunicatione. 9. casu. 41. n. 77. dubio. 3. Tabiena verb. excommunicatione. 5. casu. 49. q. 2. n. 3. Graffius. 1. p. decisionum, lib. 4. c. 24. nu. 14. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dubio. 1. paulo ante solutionem ad argumenta. Nauar. summa. c. 22. n. 43.

19 Vltimo inferitur extertia conditione, re quibus relata n. 5. minime incurri hanc excommunicationem, vbi ignoranter initum est matrimonium cum praedictis impedimentis. Quia d. clem. vnica petit expressis verbis scienter contrahi matrimonium cum consanguinitatis, vel affinitatis impedimento, vel cum moniali. Quare contrahentem in his casibus excusaret ignorantia. Quod omnes fatentur. At de qualitate ignorantiae excusantis non est leuis conuersa. Plerique enim sentiunt excusare ignorantiam probabilem facti, & non affectatam, vt si contrahens ignoraret consanguinitatem, aut affinitatem, aut formam esse monialem: scilicet si esset ignorantia iuris, vt quia sciebat gradum, at ignorabat in eo interdicti matrimonium. Quod ignorantia facti, & non iuris excuset, regula ignorantiae, de regulis iuris in. 9. Sic Glof. d. Clem. vnica, verb. scienter. Et ibi Paulus. Cardin. ibi. n. 3. q. 2. Anchar. nu. 1. notabili. 2. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34. Caietan. summa verb. excommunicatione. c. 47. Armilla ibi, casu. 45. Rosella excommunicatione. 1. casu. 43. n. 2. Sylu. excommunicatione. 9. casu. 41. n. 76. dubio. 1. Tabiena verb. excommunicatione. 5. casu. 49. q. 2. n. 3. Graffius. 1. p. decisionum, lib. 4. c. 24. nu. 14. Ceterum multò verius est, excusare quancumque ignorantiam etiam crassam iuris, vel facti, dum modo non sit affectata. Quod docent Immo. d. clem. vnica. n. 4. super Glof. scienter, & ibi Bonifacius. nu. 15. & 19. Nauar. summa Latina. c. 27. n. 141. Emmanuel Sa in summa, verb. excommunicatione, vbi de excom. nulli referuatis. n. 10. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dub. 1. in dubio, quod mouet circa solutionem ad 8. Er ratio est, quia d. clem. vnica petit scienter iniri id matrimonium. At quotiescunque scientia petitur ad incurrendam aliquam poenam, exigitur dolus: ac proinde excu-

fat

far queis ignorantia, modò nò sit affectata, vel ingens temeritas. (Ve late probabo lib. 10. disp. 32. nu. 36. 39. & 40.) & non obscure probant verba textus eiusdem clem. vnica, quæ ponderabo nu. 21. Quod si alter ex consanguineis, aut affinis, aut monialis scitit, alter verò contrahens ignorat, incurrit excommunicationem scilicet, excusato ignoranti ab ea. Quia in illo reperitur omnes conditiones petite. d. clem. vnica, ad incurrendum. Atque ita docent Gloss. d. clem. vnica. verb. & moniales, & verb. scienter, & ibi Cardin. nu. 1. oppositione. 4. & n. 2. q. 2. Paulus ibi. Immolabili nu. 4. Bonifacius. n. 19. D. Anton. Rosella nu. 3. Sylu. Tabiena, Graffus, Petrus de Ledefma. d. dubio circa solutionem ad. 8. in solutione ad. 3. proximè allegati.

Sed quid, si ignorans contraxit, & postmodò còscius perseverauit in cohabitatio-
ne, & coeupula? Quidam dicunt eò nò contrahere. Quod d. clem. vnica nò puniat cohabitatio-
nem, sed coeupulã. Sic Gloss. ibi verb. scienter. Card. n. 3. q. 3. Rosella excommuni-
catio. 1. casu. 43. nu. 4. Angelus excommuni-
catio. 7. casu. 47. nu. 1. Nau. tom. c. 27. Hispanè. n. 14. d. clem. vnica nu. 141. Graff. 1. p. decif. lib. 4. c. 24. n. 14. Alij verò distinguunt, si copula sit affectata coniugali, dicunt incur-
rere excommunicationem. Quod ea sit sufficiens confusad matrimonii còsti-
tutid, nisi obstat impedimentu diuines. Secus si affectu fornicario. Sic Paul. ea. ele. vnica. & ibi Anchar. n. 5. Immola. nu. 4. sine. Bonifac. n. 47. & sequentibus. D. Anr. 3. p. tit. 24. c. 34. Caiet. sum. verb. excommuni-
catio. c. 47. & ibi Ariml. casu. 47. Sylu. excom-
municatio. 9. casu. 41. n. 77. dubio. 2. Tabien. verb. excommunicatio. 5. casu. 49. q. 2. n. 3. Sed Petr. de Ledef. de matrim. 55. ar. 9.

dubio, r. in dubio, quod mouet circa solu-
tionem ad. 9. bene expendit controuer-
siam hanc: & dicit ante Tridentinum: ver-
fuisse hanc solutionem: Quia tunc copula
habita consensu, atq; affectu coniugali per-
ficebat matrimonium: secus post Tridenti-
num, quando quidè id fa. cessauit. Quare
est vera sententia Glossæ, & sequacium, ut
Tandem obseruandum est, textu. d. cle.
vnica, quado excommunicauit ipsos religio-
sos, moniales, & clericos contrahentes ma-
trimoniũ, non repetisse particulã, scienter,
quã apposuerat, dũ excommunicauit còsan-
guineos, aut affines inuentes matrimoniu,
aut eũ monialib? Quia licet possit ignora-
re quispiã, an cõtrahat cũ monial, consan-
guinea, vel affinia, propriũ statũ ignorare
nequit. Verũ si adesse probabilis ignorantia
in hoc casu, excusaret ab excommunicatio-
ne is cõtrahes. Ita Glossæ. d. clem. vnica. verb.
cõtrahentes. Card. n. 1. opposit. 7. Immola
nu. 14. D. Anr. 3. p. tit. 24. c. 34. Sylu. excom-
municatio. 9. casu. 41. nu. 80. dubio. vlt. Tabien.
excommunicatio. 5. casu. 49. q. 2. nu. 32. Nat. sum. Latina. c. 27. in. 14. r. Petr. de Ledef.
de matrim. q. 55. ar. 9. dub. 1. in dubio,
quod mouet circa solut. ad. 8. Immo existi-
mo excusare etiã in hoc casu ignorantiam,
quã quis crassam, iuris, vel facti, dummodò
non sit affectata. Quod nò obscure probat
ea verba textus. d. cle. vnica, dũ fulminas
excommunicationem in hoc casu, & præce-
denti, sic ait. *Refranare uera pena ad huius-
modi eorũ temeritatis audacia cupientes, ip-
sos excommunicationis sententia ipso facto de-
cernimus subiacere.* Ac dum fulminatur ex-
communicatio in temerè aduentes, deside-
ratur scientia, & excusatio quævis ignorantia
nò affectata, & dummodò nò sit ingens teme-
ritas. Ve probabo lib. 10. disp. 32. n. 37.

DISPUTATIO QUADRAGESIMANONA

An coniugatus ordines absque vxoris licentia recipiens sit irregularis: & similiter clericus in sacris constitutus matrimonium iniens?

SVMMARIVM.

An clericus in sacris constitutus matrimo-
nium iniens, sit irregularis? Remissioe. n. 1.
Coniugatus absq; vxoris licentia recipiens or-
dinem sacrum, an sit irregularis, ac benefi-
cium, & officij ecclesiastici incapax, etiam post
solutum matrimonium? n. 2.

An desideretur dolus, excusatur quævis igno-
rantia iuris, vel facti? n. 3. Jol. hoc. sum. 21.
Quid, si matrimonium præcedes fuerit nullum? n. 4.
Quid, si promoueat de licentia vxoris in an-
tecedens in seculo absq; voto? n. 5. Referunt quædam
sententia. n. 5. Jol. hoc. sum. 21. p. 1.
Propõnitur authoris sententia. n. 6. Jol. hoc. sum. 21. p. 1.

Quid, si vxor solum dissimularit, aut dolo, me-
ritu consensit? n. 7.
An vivo ingresso licite religionem, etiam Socie-
tatis iesu, tollatur hac irregularitas, & in-
habilitas saltem Episcopo dispensantel. n. 8.
Vir promotus ad ordines maiores absq; licen-
tia vxoris an incurrat hanc penam? n. 9.
An incurrat penam motus proprii Sixti V. con-
tra male promotos: & qualiter sit ille reuo-
catus per Greg. XIII. n. 10.
An si ante reuocationem promotus fuisset, & ita
incurrit irregularitatem Pontifici re-
seruata, in eo infirmam, maneat post reuo-
cationem reseruata? Referuntur sua sententia
partem affirmantem. n. 11.
Non manet reseruata. n. 12.

DVo petit disputatio presens. Al-
teru est, an clericus in sacris cõ-
stitutus ad nuptias transiens, ef-
ficiatur irregularis? Et de hoc
disputandum est in impedimento ligami-
nis interagedum de bigamia. Alteru verò
de pena coniugati transentis ad ordines
absque vxoris licentia. De qua re est dispu-
tatio presens.

Et quidem si coniugatus nõdũ etiã con-
summato matrimonio ad ordinem sacrum
absque vxoris licentia transeat, nequit cõ-
stante matrimonio, aut eo soluto, in sus-
cepto ordine ministrare, aut ad superiorem
prouehi: nec potest ad officium aliquod,
aut beneficium promoueri. Est expressa de-
finitio Ioannis XXII. in extrauag. sua, an-
tiqua: de voto: vbi Gloss. verb. nec matri-
monio, ait hoc procedere, siue soluat ma-
trimonium morte, siue ingressu alterutrius
coniugis in religionem, ante consumma-
tionem. Quia indistinctè loquitur, textus.
Et verb. officium, iunãto verb. nec ad ali-
quod, ait nõ posse promoueri hũc ad quã-
tumvis modicum beneficium, aut officiu
Ecclesiæ etiam minoribus ordinibus depu-
tatum. Propter generalitatem, qua vitur
de extrauagans. Quare hic ita promotus ad
ordinem sacrum efficiatur irregularis. Hæc
etenim penam vocant irregularitatẽ, So-
rus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. i. n. 12. immedia-
tè ante vers. & per hæc. Et. d. 38. q. 1. art. 2.
conclusionẽ. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §.
3. n. 2. Antonius Cucus lib. 5. institutionu
maiorum. tit. 12. n. 222. Veracruz. 1. p. Spe-
culi, ar. 37. conclus. 4. Maiolus lib. 1. de irre-
gularit. c. 4. n. 10. Azor lib. 13. institutio-
num moralium. c. 14. q. 3. Petrus de Ledef.
de matrim. q. 53. art. 4. paulò post prin-

pium. 5. circa istum statum. Ludouicus Lo-
pez. 2. p. instruct. de matrim. c. 49. col. 6.
vers. accedit ad hoc.

Existimo autem ad incurrendam hanc
irregularitatem desiderari dolum, atque ita
quamcumque ignorantiam crassam iuris, vel
facti, dummodò non sit affectata, nec ita
crassa, vt sit ingens temeritas, excusare cõ-
iugatum sic promotum ab hac pena. Du-
cor, quòd d. extrauagans vitatur verbo, Nõ
presumit, & statim, Quod si secus à quoquam
seruatur attentatam fuerit. Atque ita solum
presumentem ascendere ad sacrum ordinẽ
punit. Pœna autem presumentis imposita
dolum requirit, & excusat ab ea queis igno-
rantia, que nec affectata, nec ingens temeritas
sit. Vt probabo lib. 10. disput. 32.
num. 38.

Quid autem, si matrimonium sit irritu,
an is coniugatus ad ordines sacros promo-
tus incurrat hanc irregularitatem? Gloss. d.
extrauag. antiqua, de voto, verb. nec matri-
monio, distinguit sic. Sic vir consensus e-
rat nullitatis matrimonij, vxore ignata, in-
currit. Quia non debet esse potior conditio
huius vxorem decipientis, quam eius,
qui legitimum matrimonio inito ad ordines
migrat, cõtra. eum qui, de præb. in. 6.
Nec ex sua perfidia commodum reportare
debet. c. de eo qui duxit in matrim. Idè di-
cendum est, si virum latebat matrimonij
nullitas. At si vterque coniux nullitate nõ
rac, fortè non incurreret. Quia eũ mulier
decepta non sit, & vterque confectus fuerit
nullitatis, nullum præstare debet impedi-
mentum is matrimonij contractus. Ceterũ
existimo non incurri hanc irregulari-
tatem, quotiescunq; fuerit matrimoniu
irritum, siue vterque scierit, siue ignorarit,
siue solus vir norit matrimoniu fuisse irri-
tum. Quia extrauagans illa non punit de-
ceptionem vxori factam contrahendo cũ
illa cum impedimenti scientia: nec etiam
solum affectum irrogandẽ ordini sacri
iuris, eo illegitimè contra canonicas san-
ctiones assumpto ob impedimentum ma-
trimonij: sed iniuriam reuera cum eo impe-
dimenõ irrogatam, Qualis non est, vbi
impedimentum non extat, eò quòd matri-
monium non erat verum. Quare succedat
regularitas. Nõ præstat, de regulis iuris, in
6. non præstat impedimentum, quod de iu-
re non fortitur effectum. Et confirmatur,
quia nullus deceret, promotum ad ordines
faciatur incurere hanc irregularitatẽ, si fal-
sò putabat se matrimonio ligatum, quòd

procuratorē desinat ad cōtrahendū, qui se iā contraxisse mentitus est: vel cū iā defuncta esset vxor, ipso ignorante. At idem quoties matrimonii est irritū. Quia cū verē non sit ille coniugatus, non verificatur coniugatum acceñdiffe ad ordines sacros. Quod delictū irregularitatis pœna plecit extrauagans illa. Præterea, quia nō incurreret, si verē ordinē sacrum non recepisset. Quod ministrans ordines de Episcopū fingeret: aut aliquid de substantia ordinis desideratū sit. Ergo nec incurreret, vbi matrimonium est nullum. Quia vt locus sit huic pœnæ, æquē necessarium est, vt ascēdēns ad ordines sit coniugatus: & vt verē ascendat. Adde existimantem falsō se excommunicatum, aut suspensum esse, minime incurrere irregularitatem latam contra celebrantes cum ijs censuris, si celebret cum ea falsa existimatione: nec putantem se hominem perimere, cū ferā perimat, fore irregularem: nec credentem se clericū percutere, cū percussus sit laicus, esse excommunicatum. Quorum omnium ratio est, pœnas has non ferri contra iniquā voluntatem desitutam veritate actus externi. Idem igitur censendum erit in nostro casu. Cū praua voluntas iniquæ assumptionis ordinis caruerit veritate actus externi puniri illa irregularitate. Nec obstant argumenta Glossæ. Quia respectu ordinis assūpti plus delinquit factū ipso externo, qui re vera cōiugatus erat. Nec hic ex sua iniquitate cōmodum reportat. Sed quia veritas externi facti subiecti irregularitati defuit.

Quæstio verò grauior est, quando de licētia vxoris vir ad ordines sacros acēdit, nō seruatis tamē cōditionibus iure petitis, vt ascensus legitimus esset: quod vxor in seculo absq; castitatis voto permanserit? Videtur enim eū subdi huic irregularitati. Quia d. extrauagans, antiquæ, de voto, interdicens coniugato ad ordines promoueri sub irregularitatis pœna, subdit, *Nisi prout sacris canonibus nouerit cōuenire*. At sacri canonēs id nō permittunt vxore manenti in seculo absq; castitatis voto. Vt satis diximus hoc. 7. lib. disp. 3. 9. nu. 6. Ecce huius sententiæ expressē videtur Gloss. ea extrauag. verb. nouerit, vbi explicans prædicta verba, ait: *nota de licētia coniugis vel religionē ingrediētis, vel votū castitatis emittētis in seculo*. Idē tenēt Sotus, 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. 12. immēdiatē ante vers. & per hæc. Bartholomæus ad Ledesma de sacramēto ordi-

nis, dubio. 14. col. vlt. Maiolus lib. 1. de irregularit. c. 3. 4. n. 1. vers. sacros verò: at vobis posse coniugatū in hoc euentu vxore mortua ordines exercere absq; aliqua dispensatione. Et vtrūq; repetit lib. 1. c. 4. n. 11.

Sed verius est, eū non incurrere hanc irregularitatem: sed verē suscipere ordinis exequutionē, si obēta vxoris licētia etiā nullū votū emittentis in seculo, ad ordines sacros acēdat. Quod d. extrauagans, antiquæ, apertē loquatur, quādo vir absq; vxoris licētia promouetur: vt ex fine eius constat, vbi decernitur sponsum illū nolentē ad religionē conuolare, esse cōpellendū cū spōsallū petenti habitare, ac consummare matrimonium. Quod non habet locū, quādo sponsa consenserat. Caret enim aōione ad repetendum. (vt dixi hoc. 7. lib. disp. 39. n. 12.) Deinde, quia cū in hoc euentu possit vir castitatem seruare, quam exigit Ecclesiæ constitutio, meritō poterit in sacris ordinibus ministrare. Cessat enim prohibitio ratio. Sic docet Aretinus consil. 59. num. 7. fine, & sequentibus. Et ea verba prædictæ extrauagantis, *Nisi prout sacris canonibus nouerit cōuenire*: explicat, vt intelligatur quoad substantialia per sacros canones requisita, vt legitima sit ordinis receptio, ita vt vxori non supersit ius repetendi, licet aliqua fuerint ommissa, quæ potius de ordine iustitiæ, quæ de substantia desideratū. Eiusdē sententiæ videtur esse alij, qui indistinctē aiunt nō incurrere hanc pœnā coniugatū de vxoris licētia ad ordines sacros promotū, nec distinguūt, an ipsa emiserit votū, nec ne. Hi sunt D. Tho. 4. d. 37. q. 1. ar. 2. corpore. Ricard. ibi. ar. 2. q. 2. corpore. Paludan. q. 1. ar. 1. nu. 8. Additionator ad Abbatem, cap. coniugatus, littera A. verb. coniugatus, de conuers. cōiug. Astenis. 2. p. summæ, lib. 8. tit. 22. ar. 2. q. 1. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. d. 80. 3. Vi. ger. lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimēto. 4. Veracruz. 1. p. Specul. art. 37. conclus. 9. Gaeta repetitione. c. ad limit. na. 30. q. 1. §. 4. q. 195. n. 466. Gutieri. lib. 1. q. canon. c. 25. n. 17. fine. Barbosa rubr. ff. soluto matrim. 2. p. n. 90.

At incurreret, si licētia dolō, vel metu viri cōstantis extorta esset: vel si vxor non concessisset licētia, sed sciens dissimulasset. Quia cū in his euentibus competat ipsi vxori ius repetēdi, (vt probauit hoc lib. disp. 38. n. 13. & 15.) nō cessat ratio prohibitionis. Ita Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum, tit. 12. n. 194. At eū

sit probabile vxori dissimulanti non competere ius repetēdi: (vt dixi ea disp. 38. n. 14.) similem probabilitatem habebit virum tunc non incurrere hanc irregularitatem. Quod cessat ratio prohibitionis, iuxta n. præcedenti tradita.

Et quantum aliqui Doctores significant aboleri hanc irregularitatem, si vir legitime trāseat ad religionem, vt ante matrimonium consummatum, vel eo per mortem vxoris soluto: aut ea concedenti licētia cū conditionibus iure petitis. Sic clarē videtur sentire Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 9. fine. ait enim hunc manere suspensum ab ordinis officio, nisi ad religionē transeat, aut cū eo dispensetur. Idē significat Petrus de Ledesma de matrim. q. 35. ar. 4. columna penultima, vers. certum tamen est, & Vega secundo tomo summæ, c. 34. casu. 48. vbi dicit hūc mortua vxore non posse actus ordinis exerceere, nisi in religione proficiatur. At dicendum est eam irregularitatem non aboleri, sed idē indulgēti ingressū religionis, vt tunc possit Episcopus cum sic promotō dispensare, & cum id omnia efficere habilem. Quod expressē habetur d. extrauag. antiquæ, de voto. Vbi gloss. verb. dicecelsus, ait hanc dispensationem competere Episcopo dicecelsis, in quibus coniugatus est religionem ingressus: quantum religio illa exempta sit. Quia conditor illius extrauagantis id concedens Episcopo, bene norat aliquas religiones esse exemptas. Et desiderari Episcopi dispensationem, si ingrediatur religionem, docet etiam Sotus. 3. d. 38. q. 1. artic. 2. conclus. 3. Et quantum extrauagans hoc concedens Episcopo loquatur de coniugato tacite, vel expressē proficiente. At idē credo posse Episcopum, si coniugatus ille vota biennij simplicia emittat in Societate Testi. Quod mons Pontificis in ea extrauaganti solum sit, ne dispensetur cum eo tempore nouitiatus, in quo potest liberē egredi, nec verus est religiosus: explicuit autem, si sit professus: quia suo tempore nullas erat religiosus, & extrauaganti statum, nisi professus. Cum igitur ea vota constituent quæpiam verum religiosum, & claudant liberam redeundi ad seculum facultatem: idē dicendū est de emittenti ea vota.

Quod si coniugatus absq; debita licētia ad solos ordines minores promouetur, quantum peccet: (vt dixi disp. 38. nu. 6.) at nullam irregularitatem, aut cēsuram incur-

rit. Quia iure antiquo nulla erat pœna statuta coniugato absq; vxoris licētia ascendenti ad ordines, præsertim statum. d. extrauag. antiquæ, de voto. Vt bene docent Simancas libri. institutionum. Catholice. rum, tit. 49. num. 14. Salcedo addit. ad prædicam Bernardi Diaz. c. 80. §. sed qua pœna punietur. Nec audiendus est Aretinus consil. 59. n. 8. dicens hunc esse suspendendum a trecto iure antiquiori: & refert Speculatorē tit. de rescripti præsentatione. §. ratione formæ. nu. 35. vers. item si mulier: Quia nec Speculator id dicit, nec est textus id probans. Atq; proinde vt alij relati Doctores testantur, sola est pœna irregularitatis lata in d. extrauag. antiquæ, at illa de solo coniugato ascendenti ad ordines sacros agit. Non ergo constitutio illa pœnalis est extendenda ad solis minoribus ordinibus initiatum.

Sed dices hunc incurrere suspensionem, quam tulit Sixtus V. in suo motu proprio anno 1588. quinta die Ianuarij, in omnes illicitē ad quoslibet ordines promotos, cuius absolutioem sibi reseruaui. Sed dico id verum esse, si ante eius motus proprii reuocationem sit initiatus. Nā Clemēs VIII. anno 1595. die vltima Februarij reuocauit, eam constitutionem quoad male promotos, & promouentes, præterquam si simoniam promotione admittatur, & ea ad terminos iuris rediit his verbis. *Haec nostra perpetuò valitura cōstitutione supradictas licētas ad terminos sacrorum canonum, ac cōstitutionis felicis memoriæ Pij Pape II. prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex sacrorum sub datis Roma apud S. Petrum decimo quinto Kalendas Decembris, anno incarnationis Domini 1461. vntificatus sui anno quarto, eius tenorem præsertibus pro expresso haberi volumus: & ad dispositionem decretorum sacri Concilij Tridentini restringimus, & reducimus. Necnon censuras, & pœnas in eisdem Sixti licētis contra quoscunq; præterquam contra simoniacos ordinantes, & ordinatos inlicitas, quas volumus in suo robore permanere, (aliquas etiam penes, & censuras pro eisdem canonibus, & constitutionem Pij II. Concilij Tridentini inuictis, falsis, & firmis remanentibus.) moderamus, & abolemus.*

Sed meritō dubitabis, an si initiatus est minoribus ordinibus, ante eius motus proprii Sixti V. reuocationē, ac proinde illegatus est suspensione in eo lata, ac Pōtifici reserua, cum expressa derogatione bullæ Cruciatæ, ac facultatis cōcessæ Episcopis

in Tridentino sess. 4. c. 6. de reform. dispē-
sandi in omnibus casibus deponentibus
ex delicto occulto; possit ab ea cēsurā, &
peccato ibi referuatis absolui ab eo, qui a-
lias poterat, ea referuatione non existentē?
Et videtur non posse. Quia iam peccatū,
& censura referuata Pontifici incurfa erāt:
nec Clementis VIII. constitutio ad iam
incurfa extenditur. Nam dum reuocauit
motum proprium Sixti V. non explicuit
se reuocare quoad præterita. Nec constitutio
noua ad præterita extenditur; sed sola
futura respicit, nisi in ea aliud exprimitur.
Vt deciditur cap. 2. de constitut. Et con-
firmatur, quia mos est Pontificum volen-
tium per suas constitutiones reuocatorias
auferrī penas incurfas, id exprimere. Vt
clement. vnica, de immun. Eccles. ibi, *Et
quidquid ex eis sequitur est, vel ob eas, peni-
tas reuocamus.* Et extrauag. 1. inter com-
munes. §. nos itaq; de schismaticis, ibi. *Ita
quod nec etiam pro præterito tempore possint
super eis aliqua persona impetiri, que incurris-
sent eas.* Et extrauag. vnica Ioannis XXII.
de torneam. in fine. Et nouissimē Gregor.
XIII. reuocans penas à Sixto V. statutas
contra procurantes abortum, id etiā expli-

cuit, ibi. *At terminos iuris cōmunis, ac sacro-
rū canonū, & Cōcilij Tridentini dispositionē, itā
quoad præterita, quā quoad futura perpetuō
reducimus.*

Ceterū dicendū est penitus cessasse re-
seruationē. Quia referuatio nō se habet ad
modū pœnæ ipso iure incurfæ, sed tantū est
negatio facultatis cōfessorij, aut cuiuscūq; in
seniori absoluedi reū illū, ac proinde est
velut pœna tūc infligenda remittēdo illū,
vt obtineat absolutionē à superiori. Si er-
go eo tēpore reuocata sit cōstitutio refer-
uatis, cessabit referuatio. Sicut si quis emi-
teret votū castitatis, quod nūc est Pōstifici
referuati, possit ab Episcopo dispensationē
obtinere, eō ipso q̄ Pōstificus eius voti refer-
uationē auferet. Et confirmatur, quia delin-
quens ante constitutionis reuocationē nō
punitur legis postea reuocata pœna, si nō
imposita sit ipso iure. Vt docēt Dominic.
c. fin. n. 9. de elect. in. 6. Felin. c. fin. n. 14.
de constit. Nec obstant in contrarium ad-
ducta. Quia id non est constitutum ex-
tēdi ad præterita. Cū ea pœna potius sit
in posterum imponenda. Nec obstat Ponti-
fices id aliquando explicuisse. Quod id ma-
ioris claritatis gratia fecerint.

DE IMPEDIMENTO COGNATIO- nis carnalis.

DISPUTATIO QUINQUAGESIMA.

Quid sint consanguinitas, linea, & gradus, stipes: & qualiter consan-
guinitatis gradus computentur?

SUMMARIUM.

Explicatur consanguinitatis definitio. n. 1.
Quid sint gradus, linea, & quatuorplex hæc
stipes. n. 2.
Quid sit stipes? n. 3.
Traditur triplex regula ad computandos gra-
dus consanguinitatis, attento iure canonico. n. 4. §. 6.
Proponitur regula computandi attento iure ci-
uili. n. 7.
Quibus in rebus diuersa hæc computationes ser-
uanda sint. n. 8.

Acturi de consanguinitatis impe-
dimento, prius in præfenti dis-
putatione discutimus eius de-
finitionem, ac graduum com-
putationem. Deinde in sequentibus age-

mus de consanguinitatis gradibus, qui iure
naturali matrimonium dirimunt. Demum
de illis, qui iure Ecclesiastico. De dispensa-
tione autem in illis est latē habendus ser-
mo in toto libro sequenti. Et incipien-
do ab ipsa nominis etymologia: consan-
guinitas dicitur quasi sanguinis vntas: con-
sanguinei enim ab eodem sanguine ori-
ginem trahunt: & menstrum mulieris,
ex quo generatio fit, immediatē ex san-
guine efficitur. Est autem consanguinitas
vinculum personarum ab eodem stipite
descendentium, carnali propagatione con-
tractum. Ita definitur à D. Thoma. 4. d.
40. quæst. vnica, artic. 1. & communiter
à Theologis, & Iurisperitis: quauis à
nonnullis impugnetur. At eorum impug-

nationib⁹ satisfiet ex eius definitionis de-
claratione. Dicitur ergo vinculum, quod
consanguinei maiori affectu, & necessitu-
dine inter se coniungantur: & sic consan-
guinitas est formaliter ipsa coniunctio in
communicatione eiusdem sanguinis funda-
ta. Neminem enim latet specialit quod à vin-
culo colligari sanguine coniunctos. Quod
nō obscure significauit Cicero lib. 1. de Of-
ficijs, dicens sanguinis coniunctione, & be-
neuolētia deuinciri charitate homines. At
omne vinculū inter homines est vinculū
amicitiæ fundatum in aliqua communica-
tione: ex Arist. 8. Ethic. cap. 12. Quare
cū vinculum consanguinitatis fundetur
in naturali eiusdem sanguinis communica-
tione, qui eo inter se connectuntur, dicuntur
consanguinei. Traditur autem hæc de-
finitio per vinculum, non quod sit forma-
liter vinculum: sed vinculum secundum
diuersas acceptiones, aut est causa, aut ef-
fectus consanguinitatis. Si enim vsurpetur
vinculum pro iure ipso amicitiae, tunc
consanguinitas est causa vinculi: si verō
pro sanguine ipso, tunc vinculum est cau-
sa consanguinitatis. Et ita conciliantur
Ricardus 4. d. 40. art. 1. quæst. 1. Et So-
tus ibi quæst. 1. artic. 1. Ille enim existimat
consanguinitatem esse vinculi causam: hic
autem e contrā esse illius effectum. Dicitur
autem vinculum personarum. Quia bruta
ab eodem stipite procedentia non dicuntur
consanguinitate coniuncta: (vt bene
docet D. Thom. 4. d. 40. q. vnica, ar. 1. ad
5.) eō quod non coniunguntur ad amicitiae
vntatē propter propagationem multorum
ex vno parente proximo. Dicitur ab eodē
stipite, nec additum est propinquo. Qua-
re aduersus eam definitionem insurgunt
Baldus 4. d. 40. q. 1. artic. 1. Et Couar. 4. de-
cret. 2. p. cap. 6. §. 6. tit. 1. & 3. eam redar-
gentes quod diminuta sit, ea particula
non expressa. Ex ea enim vniuersos homi-
nes consanguineos esse colligitur, vt pote-
riat ab eodem Adamo descendunt. Sed be-
nē D. Th. 4. d. 40. q. vnica, ar. 1. ad 1. rem
hanc explicat: nec fuit opus eam parti-
culam explicare. Quia eō ipso quod men-
tio fit in definitione de stipite, intelligitur
idē ita propinquo, vt virtus eius in descen-
dentibus perseueret. Quauis enim virtus
primi parentis Adami perseueret in omni-
bus descendentibus secundum similitudi-
nem specificam: at non perseuerat secun-
dū similitudinem indiuiduam, iuxta quam
pater, & parentes assimulant sibi prolem

quæ eorum imaginem, cōplexionisque, ac
morū effigiem refert. Nam virtus paternā
non secundum totam suam perfectionem
descendit in filium, sed imperfectius, & eō
debilius, ac imperfectior est, quō in plu-
res generationes deriuatur: ac tandem in
tot protendi potest, vt omnino debilitetur:
& sic cōsanguinitatis ratio deficiat. Vt
author est D. Hieronymus lib. 1. 1. Etymolog.
c. 6. & refertur. c. consanguinitas. 35. q. 4.
Redarguit similiter eandem definitionem
Covar. eodem num. 1. & 3. quia deficiat.
Vel quorū vnus ab alio descendit: qua parte
non addita sequeretur, Adamum, &
Cain eius filium, non esse consanguineos.
Quod à nullo communi stipite originem
trahant. Ceterum quauis ad rationem
consanguinitatis satis sit, vnum ab altero
descendere, licet à nullo communi stipite
procederent: ac ob eam rationem vera
consanguinitas saluetur inter Adamum,
& Cain: non fuit tamen opus eam partem
in definitione addere: quod res illa
singularis sit: in omnibus enim alijs, præter
primos parentes, & eius filios, reperitur
eos à communi stipite procedere. Vt
pater & filius procedunt ab auro: auus &
nepos à proauo. Dicitur tandem in defini-
tione, Carnali propagatione contractū,
vt sic inter Angelos excludatur consan-
guinitas: quauis enim ab eodem Deo
immediatē processerint, at non per carna-
lem propagationem. Similiter: etiam Eua
minime fuit Adamo consanguinea, ex cuius
osse formata est. Quia nō fuit per carna-
le propagationem. At verē, ac propriē est
cōsanguinitas inter Christum, Dominum,
& Virginem beatissimam eius matrem. Quia
administravit conceptioni Christi totum
illud materiam, quod verē matres natura-
les administrant. Quæ ratione docet D.
Tho. 3. p. q. 33. ar. 4. corpore, generationē
Christi ex parte materiam per matrem mi-
nistratæ fuisse omnino naturalem.

Distinguitur autem consanguinitas per
lineas, & gradus. Dicitur verō linea Ordina-
ta collectio personarum ab vno stipite des-
cendentium diuerso sic continens gradus: seu
potius ipsæ met personæ cōsanguineæ col-
lectiue sumptæ. Vt aceruus lapidū dicitur
ipsi met lapides in vnū coacti. Dicitur que
similitudo à linea Mathematica, in qua plu-
ra ordinatim cōtinētur puncta. Gradus est
habituus, seu mēsurā distantia personarū,
qua cognoscitur quora cōsanguinitatis di-
stantia aliqui cōsanguinei coniungantur.